

IMPERATORVM

THEODOSII
VALENTINIANI
MAIORIANI
ANTHEMII

NOVELLAE CONSTITVTIONES XLII.

Nunc primùm in lucem edita.



L V T E T I A E.

Ex officina Roberti Stephani, in vico Bellouaco
è regione Scholæ Decretorum.

M. D. LXXI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ECCE tibi Nouellas ipsas quarum ob solum indicem, quem ex meo libro cum quibusdam aliis Imperatorum legibus acceperas, profusissime pro tua gratia me honorasti. Vnde verò, inquires? Ex eodem ipso Copiæ cornu ex quo & index prodierat, id est ex bibliotheca patris mei: quem quoties post tot infœlicium Doctorum deuoratas, & quod nō cuiusvis stomachi est, bene concoctas ineptias, inter tantas tamque serias occupationes, eo seculo, ea etate, in ea vrbe, ad hæc demum studia animum reuocasse cogito, toties intelligo, quæ Dei summa benignitas est, nullo vnquam seculo defuisse qui in tenebris solem, vt dicitur, id est, quæ recta essent perspicerent, inuestigarent, colerent, amplecterentur. Hoc ego tanto patre si non indignus filius videor, satis me magnum hæctenus studiorum meorum fructum consequutum arbitror. Sed vt ad Nouellas, eas pater cum per otium, quod vix ferè illi vllum fuit, ipse non posset, ab amanuensi suo ex veteri quodam exemplari describendas curauerat. Qua in re vir alioqui Reipublicæ inuadæ natus eiusque amantissimus sibi tantam fortasse laborasset, nī post eius luctuosissimum obitum Ioannes & Nicolaus filij illi gemini, mihi consanguinei fratres (de quorum ingenuis virtutibus plura dicere cum meus pudor, tum ipsorum verecundia prohibet) in magno librorum chartarumque cumulo, me tum quidem vix pubere, & studiorum causa absente, has quasi è naufragio tabulas excepissent, & inter Gallicos istos tumultus &



THEODOSII ET
VALENTINIANI IMPE-
ratorum Nouellæ Constitutiones.

DE PATRIMONIALIBVS
rei dominicæ & limitrophis fundis ad Orien-
tem positis. Tit. x i i.

1. *Impp. Theodosius & Valentinianus A A.
Marcellino Comiti Pf.*

PROPE est vt beneficium accepisse credamus quotiens offertur nobis causa præstandi, & diē periisse proculdubio suspicemur quem nostri nominis munificētia non illustrat. Fruimur quippe conscientia largitatis, & benefaciēdi prouincia, * quæ cum Deo meritum hominis adplicitum inter imperatorias primasque virtutes obtinet principatū. Valuerit igitur in fundis patrimonialibus sitis per Asianā dicecesim, sitis per Ponticam, in diem præsentem & Consulatū xvi. nostræ clementiæ lex diuæ memoriæ Constantini, quæ ad ædes per Constantinopolitanam urbem sacratissimam * dñs exigebat. Sed nequaquam vltius fœlicitas patitur ciuita-
A. j.

pibus nisi quod liceat priuatis & hanc liberalitatem prætereendere quæ legibus & æquitate subnixæ est, vt nemo se alienis & illicitis ditatum lætetur, nemo bonis propriis defleat esse priuatum. Luperciane p. κ. a. Inlustri igitur & magnifica auctoritas tua quæ hac saluberrima lege serenitas nostra constituit obseruari & ad omnium notitiam edictis ex more propositis iubeat peruenire. Dat. xiiii. Kal. April. Rom. Dno Anthemio p. p. Aug. ii. Conf.

EXPLICIT LIBER LEGVM Diui Anthemij a.

LECTORI.

EXEMPLARIS quod vnicum ferè habuimus, scripturam summa fide expressimus. Coniecturis nec in ora quidem libri locum dedimus, ne felicioribus fortasse officerent. Quasdam tamen hic addere visum est, quibus nostra saltem religio probaretur, quam vereor ne superstitionem plerique interpretentur.

Folio. i. a. Marcellino Comiti Pf. puto reponendum C. S. L. dns exigebat. sic vet. quid si legamus? decimas.

b. petitioni suæ ante formidinem. fort. petitionis suæ: aut potius, petitionis cessante formidine.

2. præcipimus, hinc sumpta est L. XII. C. de fund. patrimon.

b. si cunctatus. Cuiacius putat legi posse Comitatus.

pastacas. ego, bastagas.

3. Utilitate. an vilitati C*. hoc facile est supplere ex fastis.

Conf. pb. puto reponendum C. R. P.

generes. fortè degeneres, quæ præcedunt coniecturas variè recipiunt. Nobis hunc primum agrum magna parte non sine tædio extricasse satis est.

hinc iure prouisum est. ex hac No. sumpta est L. V. C. de Fabricens. lib. XI.

b. vniiformi visus. in Cod. Inst. vnius formæ vnius decoctionis.

vt quisquis fabr. hinc etiam sumpta est L. V. C. de hered. Decur. in qua mendose scriptum est Creditores. processit. malim processerit.

noltri nominis. Sic vet. quod & alibi retinuimus, licet non dubitarem